



**Regvla Morvm Sive Tractatvs Bipartitvs De Sufficienti Ad
Conscientiam Rite Formandam Regvla In Quo Usus
Cujusvis Opinionis Practice Probabilis Convincitur Esse
Licitus**

Terillus, Antonius


Leodii, 1678

Quæst. XXXV. Vtrum ex natura & essentia opinionis sequatur usum æquè
aut minus probabilium esse licitum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77827](#)

QUÆSTIO TRIGESIMA- QUINTA.

*Vtrum ex natura & essentia opinionis sequatur usum
aqué aut minus probabilem esse
licitum.*



1. QUÆSTIONEM hanc Celladeus quest. 9. ac ultima Appendix proponit, conaturque ex dictis de natura opinionis ostendere, nequaquam licitum esse sequi opinionem aqué aut minus probabilem contra legem. Portò ex opinione, inquit, probabiliore, si sit falsa, resultat conscientia erronea, circa quam hoc solum queritur, non an sit regula (nemo enim hoc quæsivit de conscientia erronea) sed an excusat vel non excusat? si sit invincibilis, excusat; si vincibilis, non excusat. Hæc ille. Ego autem, cùm in antecedentibus illius errores detexerim circa naturam opinionis, justè utor contrario argumento, ad ostendendum usum talium opinionum esse licitum. Qod breviter expediam, ut solvam argumenta, quæ afferre, illorumque inanitatem aperiam. Sed ante omnia confutandum est, quod in ipsa introductione ad quæstionem pro vero supponit, nempe conscientiam invincibiliter erroneam, nec esse, nec dici posse regulam conscientiæ. Sitergo.

ASSERTIO PRIMA.

*Conscientia invincibiliter erronea est & dici
debet regula operationis
humana.*

2. PROBATUR. Quando queritur, an conscientia invincibiliter erronea sit regula, sermo est de regula formalis applicante regulam objectivam, non autem de regula objectiva, quæ proponitur. Hoc posito sic. Illud judicium est regula formalis, per quod regula objectiva proponitur. Sed omnis conscientia de honestate objecti, sive vera, sive erronea, proponit regulam objectivam, in quam voluntas fertur, & à qua moveretur. Ergo omnis conscientia est regula formalis. Quod sanè adeò verum est, ut Theologi agentes de conscientia in genere universaliter dicant, eam esse regulam formalem, per quam regula objectiva proponitur. Et sanè impossibile est, quod aliquis feratur in quidvis tamquam honestum, quin regula aliqua objectiva illi proponatur. At nulla regula objectiva proponi potest sine regula formalis, ut patet. Proponitur autem omnis regula objectiva per judicium rationis, sive verum sive falsum. Ergo omne judicium conscientiæ proponens rem esse honestam est regula. Et sanè nil evidentius, quam dictamen conscientiæ dirigere ipsum opus; idem

R. P. A. Terilli Regula Morum. PARS I.

autem est dirigere ac regulare. Ergo omne dictamen conscientiæ dictantis opus esse honestum est regula operationis humane. Præterea, ex a quo repugnat operationem humanam elici sine regula formalis, ac sine objectiva. At repugnat eam elici sine regula objectiva, in quam operans respiciat. Ergo repugnat eam elici sine regula formalis, per quam respiciat in objectivam. Hæc autem regula est ipsum dictamen conscientiæ proponens honestatem rei; quæ quia aqué proponitur sive actus sit falsus sive verus, ideo omne ejusmodi judicium conscientiæ est regula humorum actuum.

3. Et hæc tenus quidem generice loquendo nulla est difficultas, quæ tamén se prodit, quando loquimus de regula non in genere, sed de regula sufficiente ad honestatem humanorum actuum: nam in hoc sensu nemo querit in genere, utrum conscientia erronea sit hujusmodi regula; quia omnes expreſſe excludunt conscientiam vincibiliiter erroneam à ratione talis regule. At si sermo restringatur ad conscientiam invincibiliter erroneam, omnes præter Celladeum, supponunt eam esse regulam sufficientem. Primi, quia excus operationem ab omni malitia morali, in Celladeus etiam consentit. Secundi, quia honestatem refundit in actu illum, ut omnes etiam, præter Celladeum, fatentur. Ergo est regula servans à malo morali, & inducens bonitatem moralem. Et sanè primus titulus, seu vis removendi malum ab actione humana, quam dirigit, meretur nomen regule. Secundus verò titulus, seu vis inferendi bonitatem moralem, indubitanter sufficit ad rationem regulae, nec hoc Celladeus negaret, si honestatem moralem ab errore invincibili in actu refundi admireret. Ergo omnes qui hoc admittunt (sunt autem omnes afferentes omnes præter Celladeum) aut expreſſe tradunt, aut implicitè farentur & supponunt, errorem invincibilem esse regulam sufficientem actionis humanae, quia per hoc ipsum, quod dicant errorem illum excusare, aequivalenter dicunt, cum esse regulam; quia idem est querere an excusat, & querere an sufficienter regulet.

4. Confirmatio. Ratio invincibiliter erronea non est minus regula, quam ratio probabilis vera. Nil enim inventur in ejusmodi ratione vera, quod nos propter quod sit regula, quod aqué non reperiatur in ratione invincibiliter erronea. Utraque enim judicium proponit objectum sub ratione boni, utraque probabile acerit malum, utraque inducit bonum. Ergo utraque exercitè sufficienter regulat opinionem. Quod si loquamur reflexè, & consideremus

C. 3

Auctores
erorem in-
vincibilem
esse suffi-
cientem regu-
lam.

ab omnino
iusti regule
mentari
omne suo
titulus

ratio invin-
cibilis est
vera. Nil enim
inveniatur
in ratione
invincibiliter
erronea. Utraque
enim judicium
proponit
objectum
sub ratione
boni, utraque
probabile
acerit malum,
utraque inducit
bonum. Ergo
utraque
exercitè
sufficienter
regulat
opinionem.

Quod si loquamur reflexè, & consideremus

utram-

utramque in ordine ad munus regulandi, ratio invincibiliter erronea magis prodit se esse sufficientem regulam, quam ratio probabilis vera. Si enim supponamus duos simul operari, unum ex probabili vera, alterum ex conscientia invincibiliter erronea, statim dicimus neutrum peccasse, utrumque bene fecisse. Si vero queramus in particulari, an hic habuerit conscientiam veram, ille erroneam? faciliter scire possumus hunc vel non errasse, vel errasse invincibiliter, quam alterum verum dixisse. Hoc secundum certò scrii nequit, primum vero frequentissime scitur. Ergo conscientia invincibiliter erronea & in se est regula, & reflexe quoad nos est certior ac patenter regula, quam ratio probabilis vera.

Celladeus 5. Atque hinc ad hominem sic arguo contra Celladum. Per te, ratio probabilis si sit vera, est regula, non aliter. Peto jam de aliqua peculiari ratione, an sit regula? respondere debes, fortassis est, fortassis non est regula, sicut fortassis est, fortassis non est vera. Ergo tu ponis regulam non regulam; ponis enim id pro regula, quod discerne non possumus a non regula. Ergo frustrane negas rationem invincibiliter errantem esse regulam, cum & re ipsa regulet, & aut semper aut certè frequenter discerni possit & certò cognosci, ita ut ex reflexa illius cognitione certificari possumus, quod opinatio non fuerit mala, sed bona; & consequenter quod fuerit conformis regulae institutione pro hominis directione; nam que regulæ instituta non est conformis, non solum non est operatio bona, sed est defectuosa & mala, ut patet. Sed de hac improporionata Celladei regula infra plura dicenda occurrit.

ASSERTIO II.

In quo sensu usus opinionis aquae probabilitatis sit licitus?

Licet operari juxta opinionem, que in actu primo remoto est solum aquae aut minus probabilis, modo intellectus ex imperio voluntatis fluctuat in actu secundo ad absolutè existimandum illam esse veram.

P R O B A T U R. Voluntas in casu Assertio- nis sequitur opinionem probabilem, quam intellectus credit esse veram, & in quam fertur tanquam in probabiliorem. At licitum est sequi talem opinionem, ut fuisse probatum est, quia omne eiusmodi judicium est prudens, & vel est verum, vel invincibiliter erroneum &c. Ergo &c. Itaque cum ex doctrina de natura opinionis constet, intellectum posse hac ratione assentire opinioni directe minus probabili, ex eadem etiam constat, utrum eiusmodem opinionis esse licitum.

ASSERTIO III.

Quomodo licet sequi opinionem, que agnoscat opinionem illam esse directe minus probabilem, et si intellectus agnoscat opinionem illam esse directe minus probabilem, modo per rationes reflexas probabiles & prevalentes absolue credat, tale objectum, omnibus consideratis, esse licitum.

P R O B A T U R, ex omnibus, que fuisse al- lata sunt tum in presenti tractatu, tum in tract. de Conscientia probabili. Et ratio perspicua est, quia in hoc casu voluntas conformata se op-

nioni probabili ac prudenti; qui autem dicunt oppositum ex mera aquivocatione ac intelligentia terminorum excepti, illud docuerunt, ut ibidem latè probatum est. At ex communi omnium sententia licitum est sequi opinionem probabilem, quam intellectus amplectitur, & habet absolute veram. Ergo licet sequi opinionem directam in sensu Assertionis, quamvis illa, directe sumpta, & in se sit, & in mente operantis habeatur minus probabilis, quam opposita. Haec breviter dicta sunt, ut objectionibus Celladei proponendis congruus locus detur.

SOLVUNTUR OBJECTIONES.

O B J E C T I O N E S. 8. **O B J E C T I O N E S.** Motiva opinionis aquae Objec- tione, aut minus probabilis tam parvi sunt ab intellectu, ut ille ipsi stare non possit, nec moveri ad judicandum ullo genere assensus. Ergo absurdè, & contra rationem pluris sunt à voluntate, si cis ipsa stare velit, quibus intellectus stare nequit. Potest quidem fortassis voluntas propter suam libertatem solis apprehensibilis moveri, & sequi appetibilita, qua minime judicantur prosequenda, sed tunc contra rationem agit, & peccat. Ergo si sequatur aquae vel minus probabilita, contra rationem operabitur, & peccabit. Ita Celladeus §. 1.

Respondeo secundò, intellectum posse Solvito. aliquid genere assensus moveri ab aquae & minus probabilibus, etiam in sensu composito talis aquae qualitas agnoscit & affirmat; quia moveri potest ad credendum, immò ad sciendum, quod sint vere probabilia; stante autem illa scientia, per rationes reflexas cognoscere potest objectum illud hic & nunc esse licitum in ipsis circumstantiis; in quo casu voluntas rationabiliter stat ipsis motivis reflexis, & sic liberatur ab obligatione sectandi partem tutiorem.

10. Dices cum eodem ibidem. Sæpe dictum Repli- est, cognitiones istas reflexas nil suffragari. Ratio est, quia reflexarum cognitionum valor fundatur in magnitudine motivorum directorum, dicendo quod sint magna & gravia, quia de motivis parvis mille reflexiones formantur. At motiva directa, aquae aut minus probabilita, ipsi intellectui magna non sunt, nec gravia, cum stare illis non possit per reflexas cognitiones persuaderi, quod sint vera. Ergo illa motiva non sufficiunt, ut voluntas rationabiliter per illa moveatur. Certè si intellectus per reflexas cognitiones proponeret illa motiva directa voluntati, qua ex se caco est, tanquam magna & sufficientia, proponeret illa pluris pro voluntate, quam ipsomet illa faceret pro se. Ergo iniquè ageret, sicut ageret iniquè, quignoranti & caco proponeret monetam pluris, quam ipsomet eam acciperet.

Respondeo, Celladum multoties quidem contra reflexa principia exclamâisse, sed nil solidè impugnationis attulisse, ut constat ex dictis. Errat porro dicens, cognitionum reflexarum valorem fundari in sola magnitudine motivorum directorum, dicendo ea esse gravia &c, qui fundantur in aliis, scilicet in eo, quod lex non sit sufficiens promulgata, aliisque similibus. Ergo ad plura reflectunt, quam ad præcisam magnitudinem motiva-

motivorum directorum. Et sane sápē similes reflexiones sunt etiam super motiva levia aut nulla, quia reflectunt super ipsum casum dubii, & dicunt legem dubiam non obligare. Præterea intellectus judicat, motiva æquæ probabilitate esse magna & gravia, non solum in ordine ad alios, sed etiam in ordine ad se; quia judicat ea esse talia, ut, si abstineret ab ultimata comparatione de æqualitate, voluntas vi singulorum posset prudenter imperare assensum, per quem unum alteri absolute præferretur tamquam absolute verum, & probabilius opposito. Quicunque enim judicat aliquid esse probabile, judicat illud esse dignum assensu, & æqualiter affirmat omnia, quæ jam dixi. Cæterum sicut intellectus non stat solis illis motivis, quando judicat, illa esse æqualia; sic nec ea proponit voluntati, ut per illa reguletur, sed proponit nova motiva novasque rationes reflexas fundatas in comparatione operationis facienda in ordine ad diversas circumstantias, atque ita non proponit pro regulanda voluntate, quod ipsem non approbat, & estimat honestum ac dignum electione & amore. Itaque paritas illa de persuadente valorem monet esse majorem, quam ipsem judicat, non est ad rem.

11. Objicit secundū. Qui, omnibus insperatis, putat motiva contra legem esse æqualia aut minora, judicat ea non mereri assensum suum. Ergo voluntas licet non potest juxta illa operari quamvis intellectus proponat illa à multis magnisque viris majoris fieri, quam motiva pro lege. Hæc enim apparentia aliorum mili non suffragatur, quia quod illa motiva ipsis magna visa fuerint, non facit quod mili magna videantur, & judicentur digna assensu, cùm per illa ne movere, nec moveri possim ad assensum. Ergo quod alii ea magni fecerint, non suffragatur voluntati, nisi proprius intellectus eadem præferat. Ergo abs reficiunt, qui in hac causa ad aliorum intellectum appellant. Ita Celladeus §. 2.

Responso. Respondeo, omnem judicantem aliquid esse probabile, simul judicare quod mereatur assensum suum, quamvis ille assensus hic & nunc impeditur per actum, quo reflexè affirmamus motiva esse æqualia vel minora oppositis, ut ostensum est; per accidens autem est, quod talis comparatio instituitur. Hoc enim ex eo oritur, quod voluntas non magis propendat in unam partem quam in aliam, sed potius ad æqualitatem affirmandam inclinet. Quod si alium affectum habuisset, aut nullam aut oppositam comparisonem fecisset, suoque imperio flectere potuisset intellectum ad assensum. Itaque cùm antecedens sit falsum, negatur consequentia, etiam si non respiciamus ad ea, quæ alii sentiunt, sed solum ad apparentiam, quam ipsi habemus. Quod si ad alios peritos contradicentes respiciamus, profectò ex hoc ipso rectè infero, motiva illorum esse magna etiam quoad me, & mereri assensum, quamvis hic & nunc illis assentire non possim ob alios actus incompossibilis, qui tamen abesse poterant, & in eo casu assensus motivis illis præstari potuisset.

Motiva alie. Motiva alie. non sunt funda-
mentum discursus re-
flexi, quo rei horæ has
concluduntur.

12. Hactenus responso procedit de assensu directo; sed si loquamur de assensu reflexo nulla est difficultas, quia tam propriæ rationes, quam auctoritates & motiva aliorum dant fundamentum novo discursui reflexo, qui considerat objectum in ordine ad alias circumstantias quam opinio directa, ac proinde absolute enunciat objectum illud huc & nunc esse licuum: quidquid sit an motiva directa sint vera vel falsa. Non itaque abs-

re faciunt, qui, ut ostendant opposita motiva esse probabilia, ad alienum judicium appellant; nil enim conducibilis ad hoc demonstrandum, quād multi viri periti ac probi illud verum habeant. Ex illo autem datur locus discursui reflexo, per quem honestas rei probatur, & conscientia debitè formatur.

13. Objicit tertio. Suis cuique intellectus datus est, & sua non aliena ratio pro regula voluntatis & morum; ille scilicet intellectus & ratio, quam quisque apud se format, post per pensa utique & satis examinata (non Dei & Ecclesiæ, quæ examinare non licet, sed obaudire & credere) motiva utriusque parti faventia. Hoc facto, sua cuique ratio data est pro regula secundaria, scilicet, homogenea, subordinata, applicativaque primæ regule, quæ est lex æterna. Ecce hoc modo propria ratio data est pro regula, sicut etiam propria conscientia. Quemadmodum enim homo suā non alienā conscientiā, ita suā tandem ratione non alienā uti debet. Certè ratio & conscientia solum differunt sicut universale & particolare; nam quod intellectus & ratio dictant in universalis, hoc conscientia dictat in particulari, cùm conscientia aliud non sit, quam applicatio scientia vel rationis universalis ad actum particularem. Itaque sicut tua tibi conscientia data est pro regula, contra quam vel præter quam si egredis, peccabis, quocumque tandem modo se habent aliorum conscientiarum; ita tuus intellectus & tua ratio tibi data sunt, ut ex illis formes conscientiam, & deinde agas & velis. Et sane nisi intellectus & ratio tui mutentur, non magis mutari poterit conscientia, quam conclusio mutari non mutatis præmissis. Stat ergo suam cuique rationem datam esse pro regula. Hinc sic arguo. In casu opinionum æquæ aut minus probabilitum, tuus intellectus, & tua ratio nō tibi dicere potest, cùm æquæ & minus probabilia non sint enunciabilia. Ergo neque conscientia formari potest, cùm illa ex ratione prævia formari debeat. Porro aliorum rationes & conscientiarum nil juvant, nisi tua ratio, & cā mediant, tua conscientia mutetur. Ergo si in tali casu opereris, agis quod nescis an sit bonum vel malum; vel de quo dubitas, an sit bonum vel malum. Hoc autem est peccatum juxta omnes. Præterea in tali casu agis præter utramque tibi datam regulam proximam volendi, scilicet universalem, quæ est ratio tua, & particularem quam est conscientia tua, cùm lumen naturæ dicit, non esse operandum præter istas regulas, aut ipsis hærentibus & dubitantibus.

14. Confirmatur. In tantum ratio propria est Status minima probabilitas, in quantum applicat primam & supremam regulam, scilicet legem Dei. Hæc applicatio determinat ad consistit in affirmatione vel negatione, ut patet. Sed in casu æqualis probabilitatis nulla est affirmatio aut negatio, ut ostensum est. Ergo nullus dubius tunc est intellectus aut ratio, quam sit regula, aut applicatio supremæ regule. Hoc multò magis locum habet in casu opinionis minus probabilitis, ut patet. Et sane si liceret operari juxta opinionem minus probabilem, à fortiori liceret in dubio, quia pejor est status minus probabilis, quam conscientia dubia, quia hæc non magis est legis quam non legis; at in altero casu magis est lex quam non lex, ideoque & opinio datur de lege. Ergo sicut evidens est, opinari plus esse quam dubitare; ita est evidens, minus probabile esse minus quam probabile, & magis contra legem esse operari ex minus probabili, quam ex dubio. Ita Celladeus §. 3.

*Celladeus
confundit
regula for-
malē cum
objectione.*

15. Respondeo, Celladeum in antecedente seu in fundamento sui discursus & confundere regulam formalem cum objec̄tiva, & sibi in hac ipsa quæstione contradicere. Confundit regulam formalem cum objec̄tiva, quia omnes qui dem fatentur non alienam, sed propriam rationem & conscientiam esse regulam formalem; cum quo stat, alienam rationem & conscientiam esse posse ac debere regulam objec̄tivam, iuxta illud *Tobia 4. 14. Conspilum semper à sapiente perquire.* Et sanè illud est regula objec̄tiva, ex quo cognito formatur ratio, per quam immediate dirigimur. At ex opinione aliorum cognita, corumque consilio cognito sapissime formatur ratio, per quam immediate dirigimur. Ergo opinio & ratio aliena est regula objec̄tiva, neque alter nos esse illa utimur, aut ut possumus, ut patet. Ergo ex eo, quod propria ratio sit regula, non nisi ex terminorum confusione infertur, quod ratio aliena non sit regula; non enim infertur, quod non sit simpliciter regula, sed solùm quod non sit regula formalis immediate applicans regulam objec̄tivam, non autem quod non sit regula objec̄tiva mediata & subordinata legi æternæ. Nos prudentiam & rationem alienam solùm ponimus pro regula objec̄tiva, ut patet; talis autem est etiam in casu agnita paritatis rationum mihi apparentium, saltem in ordine ad discursum reflexum. Hoc autem ne apparteret quidem opponitur doctrina antecedentis, si terminorum & equivocatio absit. Et sanè si Celladeus duas illas diversas regulas sub uno termino non confundisset, tanto molimine opus non fuisset ad probandum, propriam non alienam rationem esse datam nobis pro regula, quia immediate evidens est solam propriam esse posse regulam formalem, neque quæstio illa locum habere potest de ratione aliena. E contrario evidens etiam est, ratonem alienam esse posse ac sèpè debere esse regulam objec̄tivam, ex qua nota inferamus, quid Deus velit & exigat. Ergo doctrina antecedentis fustra tanto conatu tradira est, cum omnis ille labo ex sola terminorum confusione processerit.

*Celladei cō-
trauidio.*

16. Præterea eadē operā sibi aperte contradicit Celladeus, in introductione enim ad quæstionem palam dixerat, rationem erroneam non esse regulam, & ne quidem rationem invincibiliter errantem posse regulam computari. Sed quid? nonne ratio erronea est propria ratio? si ergo propria ratio, & conscientia propria (ut magna energiæ per totum §. contendit) data est pro regula, utique illa est regula, sive sit erronea sive sit vera; maximè autem si invincibiliter erret. Sed quid? ponamus nos eam diligentiam adhibuisse, quam Celladeus postulat, ut ratio propria sit regula. In hoc casu per illum erit regula. At ratio in hoc casu aliquando est invincibiliter erronea, ut Celladeus ipse nunc supponit, quia negat illam, etiam quando datur, esse regulum. Ergo ratio erronea aliquando est regula, præterquam, aut contra quam agere non debemus, idque ex ipsis Celladei assertis. Ergo idem assert & negat, atque in eadem quæstione sibi contradicit.

*Celladeus
falsosuppo-
nit, multa
fuisse statim
probata.*

17. Quantum ad consequens argumentum, illud procedit ex falso suppositione plurium, quæ Celladeus putat se probasse, sed minime probavit. Nempe aequæ & minus probabilitatem non esse enunciabilia, quod falso est, quoniam in sensu complicito judicij finaliter judicantis illa esse æqualia, enunciari non possunt. Sed in tali casu intellectus per novum discursum reflexum cognoscit, objectum illud directum in hisce circumstantiis esse

licitum, & sic voluntas vi hujus rationis reflexus extenditur ad opus, in quo non agit contra aut præter sed iusta propriam rationem, seu regulam ipsi præscriptam, ut patet.

18. Eadem responsio solvit confirmationem, quia intellectus & directe, & multo magis reflexe opinari potest illud esse licitum, quod directe loquitur, quando est aequæ probabile; per tale autem iudicium supremæ regula seu lex Dei proponitur & affirmatur, ut patet. Porro in ea patenter errat Celladeus, quod dicat clarum esse, quod minus licet sequi opinionem minus probabilem, quam operari in dubio, cum minus probabile sit minus quam dubium, & pejor sit status minus probabilis, quam conscientiae dubiae, quia ratio dubia non magis est legis, quam non legis, at ratio minus probabilis magis repræsentat legem quam non legem. Patenter, inquam, errat, quia saltem per reflexas cognitiones inferre possumus, & multi intulerunt, & inferunt, quod, non obstante minore probabilitate directa, hic & nunc licet operari; quod certè in dubio practico, de quo nunc loquimur & in quo non licet operari, locum non habet, ut patet. Ceterum in multis casibus dubiis, maximè si de ipso jure dubitetur, per discursus reflexus conscientia rite formatur, ut in superioribus probatum est. Et in talibus casibus idem dicimus de dubio speculativo, quod de minus probabili, scilicet, quod simpliciter loquendo in utroque casu licitum sit operari. Ceterum fallissimum est, quod in ordine ad judicandum de-

terior sit status minoris probabilitatis, quam status dubitationis, quia in casu dubitationis nullus est stimulus, nulla ratio ad assensum; at in casu habita, qui minoris probabilitatis per evidentem experientiam constat, intellectum trahi & allici ad assensum, etiam si actu credat oppositum; & præterea ostensum est, minorem probabilitatem accidente imperio voluntatis, sufficere ad assensum elendum, quod certè in dubio verum non est.

Præterea quid dicet Celladeus, si omnibus in-

spectis, aliqui reflectens in aliorum opinionem tuu-

& motiva mutet suam rationem, & per discursum tangit que-

reflexum inferat, licitum esse opus illud, quod

directe loquendo ipsi videtur aequæ aut minus pro-

babile? operabiturne iste contra regulam à natura guardan-

præscriptam? minime. Ad quid ergo serviant

ista argumenta? viderit ipse: certè non tangent

questionem, qua procedit de eo, qui saltem ex

reflexis rationibus & auctoritatibus format con-

scientiam, quod opus directe minus probabile

sit licitum. Præterea non probant tale judicium

non posse clici, cum evidens sit, quod ab innu-

meris elicatur. Sed neque probant, quod stante

illo judicio, homo operetur præter aut contra

regulam à natura ipsi præscriptam. Ergo nil pro-

fus probant.

19. Sed instat Celladeus, quod dicitur de istis

reflexis, sèpè contritum est, & multis in locis va-

lidiissime impugnat. Audio hæc, Celladeus, verba me non terrent, argumentis omnibus à te alla-

tis responsum est, corumque nullitas declarata.

Idem, Deo dante, de afferendis constabit ex fe-

quentibus. Sed quidquid sit de meis responsionibus,

certè in ordine ad præsentem quæstionem

omnia hæc à te dicta nil faciunt, quia non probant,

sectantes opinionem directe minus probabilem

non formare conscientiam, aut agere præter &

contra regulam à natura ipsi præscriptam, cum

perspicuum sit, illos & conscientiam formare,

magnisque rationibus & auctoritatibus ductos,

exultare illud esse licitum. At nunc de hoc

solum

solum agitur, an possint conscientiam formare.
Ergo argumenta illa frustra allata fuerunt.

Objecio 4. 20. Objicit quartus. Cum propria cuiusque ratio sit regula, non magis licet operari illam omitendo, quam licet operari omitendo primam regulam. At in statu pariis probabilitatis propria ratio non movetur, sed manet neutra. Ergo tunc non judicat rem esse licitam. Ergo peccat & operatur omitendo regulam statutam, qui sectatur partem minus tutam. Et sanè operans semper debet dicere suo intellectu, quod opus sit licitum, seu non contra legem, alioquin peccat. At hoc non potest dicere; nam si insto contra illum. Quidquid est contra legem est prohibitum. Quod agis est contra legem. Ergo est prohibitum. Major est certa, consequentia est legitima: ad minorem quid dicet? certe in casu probabilitatis aequalis nequit dicere, lex non est. Ergo ad minorem dicit, nescio, vel dubito. Ergo idem respondet circa licitum. Ergo non habet regulam statutam. Ergo si operetur, operatur omitendo regulam, & peccat.

Licitè operatur, transformat judicium de Lege Dei. 21. Confirmatur: Ut quis licitè operetur, intellectus debet judicium formare circa ipsam legem Dei, quæ est prima regula, & primum principium morum, ex quo cetera in moribus non minus pendent, quam in scientiis aliis conclusiones ex primis principiis. Ergo impossibile est, ut quis rectè operetur, quin per judicium applicet sibi legem Dei. Atqui in æquæ probabilitibus tale judicium formari non potest. Ergo non licet sequi æquæ probablem contrallegem. Et sanè non videatur aliter posse salvari, quod licet operari juxta æquæ & minus probablem contrallegem, nisi simul defendatur, quod intellectus opinari possit æquæ aut minus probable. At hoc est impossibile: quis enim faceret se aliquid opinari, sed existimare paria aut majora fundamenta stare pro opposito? Ergo sectari partem minus tutam æquæ aut minus probabilem non potest non esse peccatum. Ita Celladeus §. 4.

Responsio. 22. Respondeo jam dictum esse, quia ratione verum sit, quod intellectus inter æquæ probabilitatem hæreat, vel non hæreat: si non hæreat, ut evenire potest, argumentum procedit de subjecto non supponente. Denus ergo, quod circa directam questionis solutionem hæreat, judicetur utramque partem esse æquæ probabilem, aut etiam partem faventem libertati esse minus probabilem, Ratio illius, ut sic tota vis argumenti prodeat. In hoc quidem sequitur casu propria ratio directa manet neutra, quia non minus probable, non determinat questionem, propria tamen ratio reflexa eam determinat, & affirmat opus, omnibus inspectis, esse licitum in hisce circumstantiis, flexè falem quidquid sit an sit licitum in circumstantiis per rationem directam propositis. Nec huic judicio determinat.

formando oblat Syllogismus à Celladeo allatus duabus de causis. Prima est, quia ut valeret, debet esse comparatio operis respectu earundem circumstantiarum, quod non evenit; nam discursus reflexus considerat opus in ordine ad alias circumstantias, quam discursus directus. Ergo licet major admittetur, & minor cum consequentia negari non posset relate ad solas circumstantias per directum discursum propositas, tamen minor & consequentia absolutissime negantur respectu operis considerati in ordine ad circumstantias per rationem reflexam propositas. Nec mirum, quia aliter & aliter enunciavimus de eadem re relate ad diversas circumstantias, ut patet. Secundū, Syllogismus ille non obstat, quia major est solum vera, quando procedit de lege sufficienter promul-

gata & applicata, seu de lege habente & exercenter vim legis. Majore sic distincta, minor eodem modo distinguitur; nam in casu pariis probabilitatis pro & contra legem, lex illa non est sufficienter applicata, nec potest vim legis exercere, ut ostensum est. Negatur ergo existentia talis legis, quamvis negari non possit, lex directa vocaliter sumpta, & qua tamē reflexè dicitur, quod non possit vim legis exercere. Unde in eodem sensu negatur consequentia, & nullitas argumenti apparet, quia homo manifestè operatur iuxta regulam rationis sua.

23. Ad confirmationem responsio patet ex di- Qui sequi-
ctis. Quia in æquæ & minus probabilitibus formari tur minus
potest judicium præferens unam partem. Sed probabile
est, in dicto casu agnita paritatis vel minoritatis, propositum
non possit formari judicium directum de lege Dei
per se existente, potest tamen per discursum re- liborati fa-
flexum formari judicium de lege & terna existente
per accidens, quia per talen discursum cognoscimus, quid Deus exigit, quando veritas directa
post omne studium omnemque diligentiam adhi-
bitam sciri ac inveniri non potest. Ergo in e-
su allato habemus primum principium morum, quod
nobis per propriam rationem applicamus, ut pa-
tet. Itaque ultrò fatemur, in dicto casu licitum
esse operari ex solis cognitionibus directis, quia
per illas lex Dei sufficienter proponi non potest;
sed hoc non obstat, quin illa proponatur per dis-
cursum reflexum, vi cuius licitè operamur.

24. Ceterum in eo fallitur Celladeus, quod Error Cel-
dicat, non posse probari ac defendi licitum esse se-
ladei. qui æquæ ac minus probabile, nisi simul probetur
ac defendatur, quod intellectus opinari possit æ-
quæ ac minus probabile. Errat, inquam, quia
haec duo non sunt connexa, cum per principia re-
flexa formari possit conscientia, eti per principia
directa non possit formari. At, conscientia per
principia sive directa, sive reflexa, ritè formatā,
voluntas licitè se extendit ad opus. Reliqua adje-
cta, de opinione aliquid simulque judicante mo-
tive opposita esse æquæ bona aut meliora, conti-
net & equivocationem in prioribus lxp̄ detegit.

25. Sed instat Celladeus. Inepit est illa distinc- Rep̄ se pre-
tio legis sufficienter promulgata & non pro- tendens du-
mulgata in casu argumenti, quia lib. 3. contrarium plenum de-
fusè probavit. Porro duo videntur rem demon- monstatio-
strare. Primum est, quod hoc supposito, ipsi
inepiti essent, dum in questionibus, ubi adiunt
probabilitates, diceremus aliquid esse peccatum,
aut illicitum, cum notum sit contra leges non sa-
tis promulgatas nullum dari peccatum. Alterum est,
quod Theologiam moralē reddamus ridicula-
lum, quia tota fermè versatur in materia, in qua
sunt utrimque probabilitates. Ergo in qua leges
non sunt sufficienter promulgatae. Cū ergo licia-
tur leges non satis promulgatas non habere vim
obligandi, ad quid tempus teritur, querendo,
an hoc sit peccatum, an illud? omittantur haec,
& examinentur alia, in quibus non sunt probabi-
litates. Quod si hac etiam evadant probabilita-
tes, mox in his quoque pars minus tutu non erit suffi-
cienter promulgata. Ergo haec distinctio est val-
de extranea. Ita Celladeus ibidem.

26. Respondeo in primis, mirandum videri, Celladeus
quod Celladeus præter morem suum (nam ubique in fine op-
ferme de aliorum opinionibus modestè loquitur) risu consuete
acribus
distinctio nunc hanc, atque doctrinam in ea con-
tentam, utpote apud Auctores communem, ine-
ptam vocaverit, omnesque inepitos esse dixerit,
qui eā admisā, adhuc querunt, cur aliquid sit
peccatum? judicent alii quid sibi voluerit: ego
ceriè

Certe existimo, in ultima questione totius operis, idèo hoc intellectuali quodam imperio scripsisse, quod clare videret, stante eâ doctrinâ ac distinctione, totum opus à se post plurium annorum laborem, ut ibidem fatetur, exantatum in nihilum proflus recidere, ac nullius proflus valoris esse; quod quia absque dignitudine animi nec apprehendere nec ferre poterat, idèo calamo paulum acerbiore censuras illas praefer morem apposuit, duasque, ut putat, demonstrationes, acriore illo currente atramento, contra nos exaravit. His circa modum exprimendi argumentum præmissum,

Prætense
demonstra-
tiones non
tagunt que-
stionem pra-
sentem.

27. Respondeo secundo, multa quidem attulisse Celladeum in tertio libro circa questionem hanc, sed ea omnia serio examinata reperies quæst. 43. ubi monstrabuntur inefficacia. Porro quæ hic objicit, ad præsens intentum nil faciunt; sive enim inepti sint, sive non sint, qui admissa benigna sententiâ dicunt hoc & illud esse peccatum, inde non sequitur, eos non posse formare suam conscientiam & mentaliter applicare sibi legem Dei, quod solùm in hac quæst. in Celladeo controvèrtitur. Sed & eadem simpliciter nullius sunt roboris.

Ad primum: non ineptit, qui suam sententiam dicit. Jam nos qui tenemus benignam sententiam reflexam, eâ non obstante, primò quærimus veritatem directam, ad hoc enim omnes eniti debemus, & probabiliter dicimus hoc vel illud esse peccatum, quia rationes ad hoc potius, quam ad oppositum dicendum apud nos prævalent. Sed quia videmus rationes nostras non esse certas, sed oppositas esse probabiles, & ab aliis præferri rationibus nostris, rēniique ipsam non posse directè certò decidi, convertimur ad considerationem reflexam, ut quaquā tandem viâ veritatem inventiamus. Sic tandem statuimus opus illud in hisce circumstantiis esse licitum; & inter reliquias rationes haue quoque affirimus, quod leges, quæ directè loquendo probabiliter non existunt, non sint sufficienter promulgatae & applicatae, ut vim legis possint exercere, quod est verissimum, & satis per se patet, quidquid Celladeus conetur in contrarium. Porro quia hoc aliaque ejusmodi reperiuntur in omni casu probabilitatis practicæ fantes utrius partis, inferimus licitum esse sequi quancumque ex partibus certò practicè probabilibus. Quid hic ineptum reperitur? an quod considerationem directam ad veritatem inventandam adhibeamus? hoc non dixerit, quia ad hoc obligantur ii, qui munus talia tradendi suscipiunt. An quod veritatem certò non reperiamus? hoc

quidem arguit nos minus aptos, & multèm defēctuosos: sed hæc est misera hominis conditio, cui necessariò & sine culpa aut vitio subjacet. An quia cùm teneamus benignam sententiam, frustra insudamus, dicendo hoc aut illud esse peccatum, cùm contra leges non satis promulgatas non sit peccatum? hoc quidem rectè reprehendetur, si absque priori refolutione scire possemus, legem non esse sufficienter promulgatam, aut sine eadem locus esse posset pro stabilienda sententia benigna. Verum quia perficuum est, nec primum sciri posse, nec pro secundo dari locum, nisi diligens examen directum præmittatur; idèo non sunt inepti, sed maximè laudandi, qui primum præmittunt, & postea ad secundum progrediuntur, quod sine illo priori bene stabilito nec sciri nec examinari poterat.

28. Ad secundum eadem responsio se extendit, quia si sint multæ probabilitates practicæ pro utraque parte contradictionis, multi etiam sunt causæ, in quibus rectè inferimus, legem hoc vel illud reverentem aut nullam esse, aut certè non esse sufficienter promulgatam. Ubi hæc, aut unde, quæsto, scientia moralis redditur ridicula? an quod post rerum examen una pars uni, altera alteri probetur, & si utraque inventiatur probabilis? hoc non est ridiculum, sed stante ingeniorum varietate prouisus necessarium. An quod absurdum sit querere obligationem, ubi leges non sunt sufficienter promulgatae? hoc quidem ridiculum est, si supposita negatione sufficienter promulgationis de lege, adhuc illius obligatio quereretur. Sed hoc non sit, nam antequam per reflexam considerationem dicere possumus, Lex hac non est sufficienter applicata, necesse est, ut veritas directa debitè diligentia investigetur. Præcedit ergo directa consideratio, an hoc sit peccatum, & post illam examinationem succedit quæstio reflexa, an licitum sit lequi opinionem directè aquæ aut minùs probabilem. Pater ergo non ridiculè, sed necessariò requiri directam veritatis investigationem, quamvis admittamus legem non esse sufficienter applicatam, quando utraque pars hinc inde est certò practicè probabilis. Itaque ita possumus aliis speculationibus insistere, ut has & harum ordinacionem omittere non possumus, nisi in morali scientia tractanda inordinati, præposteri, ac absurdii esse velimus. Itaque demonstrationes istæ prætense sunt solùm indigestæ cogitationes, ex quibus probable argumentum formari non potest.



QUÆ-